

primo ad statum religionis fuit causa perfectionis omnis religionis. Dul-
 tunc ergo religionis perfectio potest illi perfectioni equari. **R.** dicendum quod
 quibus apostoli primo fuerunt vocati ad statum religionis quam prelaconis de super dic-
 tum est. magne tamen presumptionis esset dicere de aliam religionis perfectio pos-
 set apostolorum perfectionem attingere. Habuit enim apostoli status perfectio singulari-
 ter tria. Primo singulare vocacionem. fuerunt enim ipsi immediate a christo electi
 et vocati. Unde super illo verbo mathe. iij. Ambulatis ihesus iuxta mare galilee
 dicit crisostomus. quod antequam christus aliquid dicat vel faciat vocat apostolos ut nichil illos
 lateat nec verborum eius nec operum de postmodum fiducialiter dicere possent. non
 possuimus que audiuimus et vidimus non loquimur. Quante autem efficacie fuerit ista a christo
 immediata vocatio gregorius ostendit super illo verbo. At illi relictiis omnibus
 secuti sunt dominum. dicens. quod tanta ab apostolis christi sequentibus dimissa sunt quanta
 a non sequentibus concipisci poterunt. Secundo habuit singularem remunerationem
 ne Petro namque et alijs dicentibus. Ecce nos relinquitur omnia et secuti sumus
 te. quid ergo erit nobis / singulariter responsum est / vos qui secuti estis
 me sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel.
 Alijs autem relinquentibus domum fratres vel sorores vel agros dictum
 est. Centuplum accipietis. Super quo verbo dicit crisostomus. quod apostolis christus
 promissit futura quae excellentiores erant et sic iam perfecti ut nichil presenci-
 um quererent. Alijs autem qui sunt hic / saluator / repromissit quando ait.
 centuplum accipietis. Tercio habuit singularem cum christo presentialem
 conversationem. Unde super illo verbo luce. xxij. Vos estis qui permanistis
 mecum in temptationibus meis. Dicit glosa quod sicut iudei perditioni dominus pronunciat
 rat / sic apostolis remanentibus bona pronunciat. quod non inchoatio patientie sed
 perseverantia celestis regni gloria donat. Unde apostoli cum christo conversantes a tempta-
 tionibus permanentes eternum regnum adepti sunt cum eis dixit. Ego dispono vobis
 regnum ut edatis et bibatis super mensas meas in regno meo. **A.** Ad primum er-
 go est dicendum quod illud verbum intelligit de indigentia provisionis. providebat enim
 unicuique non secundum personas et munera gratiarum sed secundum maiorem vel minorem in-
 digentiam ut glosa dicit. Non autem intelligit de provisione sufficientie ut quod unicuique pro-
 videatur quod sibi sufficeret et non indigeret aliquid. cum apostolus dicat. iij. ad cor. xi. In
 fame et siti in frigore et nuditate / et eadem epistola. c. vi. In tribulationibus in neces-
 sitatibus et in angustiis in plagis in carceribus et in laboribus in ieiuniis. et
 multa ibi enumerantur quae sonant apostolos habuisse non temporalium sufficientiam sed
 quam plurimam indigentiam. **A.** Ad. ij. responderet origenes mathe. xix. dicens. quod si pe-
 trus cum fratre suo minima reliquit. non minima tamen sunt estimanda apud deum /
 si dicitur quod ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerit / ut etiam
 si multas habuisset possessiones omnia reliquisset. et puto ut de quod magis petrus
 confidens de affectu suo quam de ipsa quantitate rerum relictarum fiducialiter interrogavit